



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TIT. FF. ET
C. DE IVRE DELIBE-
RANDI.

QVAS, DIVINA FAVENTE GRATIA,
PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSULTISSIMIS-
que viris D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, ac D.
Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in
celeberrimo apud Agrippinates iuridicæ facultatis
Collegio, pro laudabili ac inueterata con-
suetudine publicè defendere
conabitur.

HENRICVS GERCKINGH
AGRIPPINAS.

*Anno partæ salutis CIO, IO. LXXXVII.
IIX. Idus Augustas.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

K

CONTINUATIO.

Postquam de heredibus instituendis tanquam capite ac fundamento totius testamenti, (a) actum sit ac facile contingere possit ut scriptus heres temere vel locupletem hereditatem umbram creditorum veritus repudiet, vel contra, nihil tale metuens damnosam adeat: inuentum est Ius deliberandi ut heres institutus deliberet expediatne ipsi hereditatem adire vel repudiare. (b)

(a) §. Ante hæredis, Instit. de leg. §. in primis. Instit. de fid. hær. (b) l. Aristo §. ff. h. t. Azo in sum. in pr. Sich. in Rubr. C. h. t. in pr.

THESIS I.

Arogato cretionum usu (a) qua certorum dierum spatium instituto heredi à testatore ad deliberandum præstituebatur (b) cœpit prætor, siue testator Ius deliberandi dedisset siue non, definitum temporis spatium ad deliberandum dare.

(a) l. cretionum 17. C. h. t. (b) Vlp. t. 17. & 22. V Vefemb. in par. ff. h. t. nu. 1. Iason in d. l. cretionum, contra gl. Bart. & Bald. in d. l. cretionum.

II.

Tempus autem deliberandi dupliciter constituitur vel à lege, qua annale tempus, (a) à die quo sciuit sibi hereditatem delatam numerandum (b) conceditur, vel ab homine, & aut constituitur à principe & annale est aut ab inferiore Iudice, & non maius nouem mensium, (c) nec minus 100. dierum dabitur. (d)

(a) l. cum in antiquioribus 19. C. h. t. (b) d. l. cum in antiquioribus vb. gl. in verb. qui sciens. Bart. & Bald. in pr. Castr. nu. 3. & 4. Alexand. nu. 5. Iaf. nu. 3. verf. secundo, & com. Dd. Sich. in l. quoniam 7. nu. 4. C. h. t. (c) l. fin. §. Et hæc quidem C. h. t. (d) l. 2. ff. h. t. Bald. in l. t. §. 1. verf. secundo nota. ff. Sich. in rub. nu. 5. C. h. t. Schneid. in §. Extraneis nu. 8. vbi etiam. Cant. cir. fi. addit. ad Porc. nu. 9. Kling. in §. Sed nostra, Instit. de hær. qual. & diff. §.

III.

Quod tempus sæpius dari posse ex magna causa defendam, (a) dummodo à principio imperiale culmen minus anno, alius vero Iudex minus nouem mensibus dederit. (b)

(a) l. nec non 3. cum l. seq. ff. h. t. (b) gl. in d. l. 3. ff. & in d. l. fi §. Et hæc quidem, in verb. & non sæpius, addit. ad Porc. nu. 9.

IIII.

Deliberant autem heredes sui & extranei, (a) scripti & ab intestato venientes, (b) tutores & curatores nomine pupilli & minoris, (c) non verò serui, (d) nec heredes necessarii, (e) nec legatarij (f)

(a) l. si quis, 8. cum l. seq. ff. h. t. Ang. Port. Cant. Mynf. n. 5. in §. Extraneis, Instit. de hær. qual. & diff. (b) l. si curatoris 9. l. cum in antiq. 19. vbi Iaf. in pr. C. h. t. V Vefemb. in parat. ff. h. t. nu. 2. (c) l. Ait Prætor 7 ff. Azo in sum. C. h. t. (d) cum pro nullis habeantur, l. i. in princ. vbi gl. in ver. apud prætorem ff. h. t. l. Quod attinet, vbi Cagn. l. seruitutem ff. d. R. l. qui testamento, §. seruus ff. de testam. l. de pupillo §. seruo, ff. de No. operis nun. Nunquam

quam §. seruus, ff. de vsucap. (e) Inst. de hære. qual. & diff. in prin. vbi glo in ver. protinus
Vigl. Baro Mynf. Port. nu. 2. & Dd. com. (f) Sich. in rubr. nu. 3. C. gl. in l. 1. §. 1. in verb. pe-
ct ff. h. t.

V.

Hic elegans exurgit quaestio. An filios potius deliberandi tempus dandum sit, an patri?
& quamuis plerumq; seruorum iure censeatur, (a) cum tamen neuter sine altero heredi-
tatem possit repudiare, (b) vtriq; tempus ad deliberandum praestituendum esse crebrius
placuit.

(a) §. siue autem, Instit. de stipul. seru. vbi Porc. nu. 5. Hoto. in enunciat. 2. Mynf. nu. 2.
(b) l. si. C. de bon. quæ lib. l. Is qui hæres 13. §. si. vbi gl. cum l. seq. ff. de acq. hæ. Bart. in l. 1. in
pr. ver. Quæro quid in filio ff. h. t. Duar. ff. h. t. cap. 1.

VI.

Effectus deliberationis est vt hereditas ea pendente, non possit diminui, (a) adito tamẽ
pratore potest is qui deliberat, sine prauidicio res hereditarias quæ ex tractu temporis de-
terioriores fiunt, sumptuosas aliasq; res iustis pretijs vendere, vt es alienum quod sub pœna,
vel pretiosis pignoribus debetur, soluat: poterit etiam funeris causa diminuere, item eo-
rum quæ sine periculo non possunt prateriri. (b)

(a) l. Ait prator 7. ff. h. t. l. si sciens 26. vbi Costal. ff. de contra. empt. arg. l. diuus ff. de
petit. hæ. (b) l. Aristo 5. §. si maior, vbi Bart. & Bald. cum l. seq. d. l. Ait prator, vbi gloss.
& Bart. ff. h. t.

VII.

Filius etiam vespenti gratia diminet, sicut etiam pupillus.

l. 7. §. fin. & l. filius vbi gl. ff. h. t.

VIII.

Cum vero hereditas adita repudiari nequeat, (a) & nonnunquam grande es alienũ,
quod tempore adita hereditatis latebat emergere soleat (b) veteri deliberandi beneficio
abolito, constitutionem nobilissimam edidit Imper. vt solenniter confecto inuentario non
teneatur quis vltra vires hereditarias. (c)

(a) Lei qui 88. in fi. ff. de hæ. Instit. l. Et sine, §. sed quod Pap. vbi gl. in ver. sed vtiles ff.
de minor. l. ex facto, 42. in fi. vbi gl. in ver. desinet ff. de substit. §. Extraneis, vbi Mynf. nu.
7. & Schneid. num. 4. Instit. de hæ. qual. & diff. §. Restituta, vbi glo. in verb. hæres perma-
net. Mynf. nu. 11. Schneid. nu. 2. Instit. de fidei. hæred. l. sius hæres, l. sicut maior, C. de Rep.
hæred. l. f. §. cum igitur, C. de Iu. delib. (b) d. §. Extraneis, vbi Schneid. nu. 11. Instit. de hæ.
qual. & diff. l. fin. C. h. t. (c) Auth. de hæred. & falc. §. hinc nobis, §. sed nostra, Instit. de hæ-
red. qual. & diff.

IX.

Ad solennitatem vero Inuentarij requiritur, vt intra 30. dies ex quo delatam sibi hæ-
reditatem quis cognouit inchoetur, & alios 60. dies modis omnibus compleatur ac perfici-
atur, si bona sint presentia, (a) sin autẽ à locis in quibus res hereditaria vel maxima pars
posita est hæredes abesse contigerit vnus anni spacium à morte testatoris numerandum
ad consummationem inuentarij vel per se vel per instructos procuratores conceditur. (b)

(a) l. fin. §. fin. autem dubius, vbi Sich. nu. 1. & 4. Bart. in §. Cum igitur in 4. oppos. vbi
etiam Bald. nu. 3. Alexan. in pr. nu. 6. Iaf. nu. 3. & Dd. com. C. de Iu. del. Porcell. in tract. de

Inuent.

Inuent cap. 2. nu. 1. & cap. 3. quæst. 4. pr. nu. 10. cum seqq. Coraf. nu. 16. Schneid. in §. Ex-
traneis nu. 12. & 13. Mynf. in §. sed nostra nu. 3. & 4. Instit. de hæ. qual. & diff. (b) d. l. fi. §.
fin autem dubius, vers. fin autem à locis ubi Dd. C. h. t. Schneid. & Mynf. dd. locis. Dyn. in
tract. de præscript. t. 21. nu. 4.

X.

*Quod tempus cum in fauorem creditorum & legatariorum sit constitutum non posse
per Iudicem prolongari vel abbreviari, (a) sicut nec etiam in præiudicium creditorum
remitti à testatore defendam. (b)*

(a) Bald. in §. cum igitur nu. 5. in fi. Iaf. in pr. nu. 3. Sich. in §. Sin autem dubius, nu. 8. in
d. l. fin. C. h. t. (b) Alexan. in l. Nemo potest, 54. nu. 18. ubi etiam Iaf. nu. 55. in 1. lect. & Cast.
ff. de ieg. 1. Alex. vol. 2. conf. 82. nu. 16. vol. 4. conf. 62. nu. 2. vol. 3. conf. 40. nu. 14. & vol. 6.
conf. 61. nu. 18. Porcell. cap. 1. nu. 10. Sebast. Monticulus cap. 1. nu. 43. quia nec si viueret, te-
stator idemque debitor eis officeret, l. 1. & 2. C. deb. vend. pign. imp. non poss.

XI.

*Dua hinc exoriuntur quæstiones. 1. Num si inuentarium non sit inchoatum intra 30.
dies fuerit tamē completū intra tres menses à die qua debuit inchoari sufficiat? 2. An hæ-
redi qui cōtrouerfiam patitur super hereditate, tempus currat faciendi inuentarium, ita
vt eo transacto postea conficere nō possit? & licet non desint qui negatiuā propugnent, (a)
affirmantibus tamen vtrouique (b) subscribo.*

(a) prioris negatiuam tenet Ioh. Andr. in addit. ad specu. in t. de instru. edit. §. fin. circa
fin. Ang. in l. finali, §. si vero postquam, per illum tex. C. h. t. & in l. 1. §. hæc nu. 22. ff. si cui
plusquā per l. fal. posterioris, Bald. in l. defensionis facultas, C. de iure fisci lib. 10. (b) prio-
ris affirmat. tenet Bald. in §. cum igitur nu. 5. Bart. in §. fin. vero postquam vers. Quæritur,
ubi etiam Alex. nu. 2. & Iaf. nu. 2. Sich. in §. sin autem dubius, num. 6. & 7. in d. l. fin. C. de
Iur. del. Porcell. in tract. de inuent. cap. 3. 4. quæst. pr. nu. 13. Coraf. nu. 16. Guido Papæ nu.
11. & in decis. suis quæst. 571. Posterioris Alex. in l. fin. in pr. nu. 6. in fi. C. h. t. Monticulus,
de Inuent. cap. 8. nu. 7.

XII.

*Requiritur quoque vt sub præsentia publici Notarij conficiatur inuentarium, (a) pri-
uata enim scriptura nō sufficit, etiamsi posset probari per testes (b) quinetiam cum inuen-
tarium originem accipere debeat in persona heredis non defuncti, non prodest heredi et si
annotationem defuncti ipsius manu de bonis suis scriptam ostendere posset. (c)*

(a) l. fin. §. sin autem dubius C. h. t. (b) Mynf. in §. sed nostra nu. 4. Schneid. in §. Extrane-
is num. 13. Instit. de hæ. qual. & diff. Porcell. de inuent. cap. 2. nu. 3. Sichard. in d. l. fi. §. Sin
autem dubius, nu. 13. C. h. t. (c) Bald. in d. l. fi. §. Cum igitur num. 19. Iaf. in pr. nu. 3. vers. 4.
requiritur, Sich. in §. Sin autem dubius, num. 14. Porcell. de inuent. cap. 2. nu. 3. Coraf. nu.
16. Mynf. in §. Sed nostra nu. 4. Instit. de hæ. qual. & diff. Rolan. à Valle vol. 2. conf. 73.
num. 11. & 13.

XIII.

*Sufficit autem vnus Notarius, (a) secundus tamen assumetur si heres literarum sit ig-
narus vel scribere præpediatur vt pro eo literas supponat, (b) quod licet quidam per Pro-
curatorem heredem efficere posse asseuerent, (c) communem tamen secutus non posse nisi
herede absente concludo. (d)*

(a) textus

(a) textus enim pluraliter loquentes singulariter sunt accipiendi, gl. in d. §. Sin autem dubius, in ver. tabulariorum. §. Si vero absunt, in ver. Tabularijs. Auth. de hær. & Falc. Bald. in d. l. fin. §. Cum igitur nu. 11. Ias. in prin. nu. 3. ver. 4. C. h. t. (b) l. fin. §. Sin autem dubius, ver. vel si ignarus, vbi Sich. nu. 18. & 25. & comm. Dd. C. h. t. (c) Bald. in d. §. Cum igitur, nu. 22. (d) Castr. Ias. nu. 4. in d. l. fin. in prin. Porcell. de inuent. cap. 2. nu. 6. Coraf. n. 19.

XIV.

Citandi quoque vñica Citatione, (a) sunt ad eius inchoationem & consummationem omnes legatarij, fideicommissarij, (b) creditores, (c) aut aliquod Ius in hereditate defuncti prætendentes, (d) etiam Clerici à Iudice laico, (e) specialiter quidem & nominatim si certi, (f) generali autem programme si incerti sint, (g) quibus absentibus requirendi sunt cognati & affines, (h) qui si non compareant testes fide digni possidentes substantiam nec malæ existimationis existentes non minus tribus adhibebuntur coram quibus Notarius Inuentarium conficiat. (i)

(a) Guido Papæ de inuent. nu. 2. (b) d. l. fin. §. Sin autem dubius, Auth. sed cum testator C. ad l. falc. §. Sancimus, Auth. de hær. & falcid. (c) glo. in Auth. sed cum testator in verb. legatariorum C. ad l. falc. Bart. & Bald. num. 6. in dicto §. cum igitur Ias. in pr. nu. 3. ver. Quinto Alex. nu. 8. d. l. fin. C. h. t. arg. d. l. fin. §. Et si præfatam. (d) Porcell. de inuent. cap. 2. nu. 3. Guido Papæ nu. 3. (e) §. penul. Auth. de hær. & falc. Ang. in l. 1. §. Hæc nu. 14. ff. Si cui plusquam per l. falc. Montic. de inuenta. cap. 8. nu. 20. (f) l. de vnoquoque 47. ff. de re iud. (g) l. si eo tempore 6. C. de Rem. pign. (h) l. hæc autem §. 1. ff. Ex quib. caus. in poss. eat. (i) Auth. de hær. & falc. §. Si vero absunt. Coraf. de inuent. nu. 18. Porcell. cap. 2. nu. 4. Guido Papæ nu. 3. Schneid. in §. Extraneis nu. 12. Myas. in §. sed nostra num. 6. Instit. de hær. qual. & diff.

XV.

Duo ad minimum testes idonei (a) qui heredem cognoscant (b) adhibebuntur, quibus offerantur res hereditariæ inspiciendæ, & per quos inchoatio & perfectio inuentarij probari possit.

(a) Ias. in d. l. fin. in pr. nu. 4. ver. octauo, vbi etiam Alex. nu. 6. in fin. Schneid. in §. Extraneis nu. 14. Instit. de hær. qual. & diff. (b) d. §. Sin autem dubius, vbi glof. in verb. cognoscant & Sich. nu. 23. Bart. & Bald. nu. 16. & 18. in d. §. Cum igitur, Alex. in pr. nu. 8. Ias. nu. 4. ver. octauo requir. Rol. à Valle vol. 2. conf. 73. nu. 14. & 15. Porcell. de inuent. cap. 2. num. 7. & 8. Coraf. num. 13.

XVI.

Heres quoque inchoando inuentarium propria manu venerabile signum Crucis præponet, (a) quod vsque aded necessarium & de substantia inuentarij esse affirmo, vt eo omisso pro nullo habeatur. (b)

(a) d. l. fin. §. Sin autem dubius vbi Dd. (b) nihil enim facile mutandum est ex solennibus, t. Diuus 8. ff. de Restit. in integ. & forma non seruata actus corrumpit, l. cum hi §. si prætor, vbi gl. in verb. Et si ff. de transact. Ang. in tract. de inuent. nu. 18. Porcell. cap. 2. num. 6. Guido Papæ, nu. 7. contra Bart. Castr. nu. 6. in §. Cum igitur Alex. nu. 10. Ias. num. 3. ver. septimo, in prin. Sich. in §. Sin autem dubius nu. 26. C. h. t.

XVII.

Omnes denique res inferendæ sunt Inuentario, (a) corporales & incorporales, mobili-
les, im-

les, immobiles, deposita, commodata, pignoratæ, & conducta, (b) cum singularum rerum pretio & valore, (c) quas defunctus mortis tempore, (d) in loco confecti inuentarij vel etiam alijs quantumuis longinquis regionibus possidebat, quo casu licet quot sunt regiones tot confici possint ab herede inuentaria vnum tamen sufficiet, si heres ipse vel à se destinatus Procurator in singula loca se conferat. (e)

(a) d. l. fin. §. Sin autem dubius, Schneid. in §. Extraneis nu. 13. Instit. de hæ. qual & diff. (b) quia & in hæreditatis petitionem veniunt. l. Item videndum §. fin. cum l. seq. ff. de petit. hæ. Mont. cap. 7. num. 1. Porcell. cap. 3. num. 1. & 2. Coraf. nu. 22. in tract. de inuenta. Rolan a Valle d. conf. 73. nu. 27. (c) l. si quid intra C. de Bon. proscript. d. l. fin. §. Sin autem dubius, ibi, quantitatem rerum vbi Montic. nu. 56 Bart & Salyc. in l. fi C. de Magistr. conue. Rol. d. conf. 73. nu. 49. (d) d. l. fin. §. Sin autem, vbi Dd. Montic. in tract. de inuent. cap. 7. nu. 8. & 9. (e) Montic. d. loco nu. 7.

XVIII.

Hic questionis est, an parte duntaxat bonorum inferta fruatur heres beneficio Inuentarij? & distinguo, quod siquidem bona fide fuerint suppressa, heres nullum damnum patitur, (a) dummodo quam primum ad eius notitiam deuenierint propria auctoritate asumptis Notario & testibus inuentario adijciat. (b) At si malitiosè præterita fuerint licet non vitient inuentarium nec propterea heres ultra vires hæreditarias teneatur, (c) ad duplum tamen rei subtractæ (d) cum amissione falcidie heres obligatur. (e)

(a) Bald. in d. l. fin. §. Cum igitur, nu. 8. Castr. nu. 5. Bart. & Iaf. nu. 4. in §. Licentia, Sich. in §. Sin autem dubius nu. 9. C. h. t. quod enim bona fide fit, rectè fit & legitimè, l. Quamuis ff. de condit. & dem. Porcell. de Inuent. cap. 2. nu. 12. (b) Sich. d. loco, nu. 12. qui caute lam dat hæredi vt protestetur, quod si ponenda sint quæ posita non fuerunt, & si quæ posita sunt quæ poni non debuerunt, nullum sibi præiudicium velit inferri. Porcell. cap. 3. nu. 4. Montic. cap. 3. n. 52. cum seq. (c) Castr. in §. cum igitur, nu. 5. Iaf. & Alex. nu. 5. in §. Licentia Sich. in §. Sin autem dubius, num. 9. C. h. tit. Montic. cap. 12. num. 231. cont. Bald. in d. §. Cum igitur num. 2. glo. in §. si vero non fecit in verb. lucrari, Auth. de hæ. & falc. (d) d. l. fi. §. Licentia, vbi Dd. (e) §. Sancimus, Auth. de hæ. & falc.

XIX.

Quilibet autem heres nolens teneri ultra vires hæreditarias inuentarium facere tenetur, nisi expressim à lege excipiat. (a) Excipitur autem fiscus, (b) Ecclesia vel monasterium, (c) executor testamentarius, (d) Pater arrogator in bonis filij præmorientis (e) heres illius qui si viueret non posset conueniri à creditoribus, ultra quam facere posset. (f) Non vero is cui bona libertatis causa addicta sunt, (g) nec pupillus vel minor 25. annis licet restituatur, (h) nec mulier, (i) vel rusticus. (k)

(a) §. Quia verò, Auth. de hæ. & falc. Monti. de inuent. cap. 6. nu. 1. & 8. (b) l. 1. §. An bona, vbi Bart. l. Non possunt ff. de lu. fisci. Bald. in l. Etiam, nu. 5. C. ad l. falc. & in l. fi. in pr. nu. 7. C. h. t. (c) Abb. in c. Quorundam nu. 4. ext. de Testa (d) Bald. in Auth. sed cum testator in fi. vbi Dd. C. ad l. falc. (e) Bald. in l. Inbemus, in pr. nu. 15. C. Ad S. C. Treb. per §. fi. Instit. de acquif. per arrog. (f) Montic. de inuent. cap. 6. nu. 18. vsque ad nu. 34. (g) Iaf. in d. l. fi. §. Et si præfatam nu. 2. vers. tertio: contra Ang. in l. 1. §. hæc, nu. 7. ff. si cui plusquam per l. falc. (h) §. Pupillis, vbi gl. in ver. nihil. Auth. de hæ. & falc. (i) Peck. lib. 1. de testam. coniug. cap. 23. (k) Mont. d. c. 6. nu. 44.

Prodest

XX.

Prodest autem inuentarium ab heredem confectum fideicommissario vniuersali (a) etiam sine cessione, (b) ab instituto minore confectum, sed restitutionis beneficio ab hereditate abstento, substituto vulgariter (c) confectum à Procuratore generali alicuius instituti ipsi instituto. (d) Pupillari autem substituto non prodest factum per pupillum inuentarium, (e) sic nec subst. directò iure militari post pubertatem inuentarium primi heredis, (f) nec inuentarium à tutore factum pupillo proderit, nisi solemnitates quæ requiruntur in confectioe vtriusque inuentarij à tutore adhibita fuerint. (g)

(a) cont. Fabr. in §. Extraneis Instit. de hered. qual. & diff. (b) Ioh. de Im. & Alex. nu. 18. in l. In ratione ff. de i. §. Quod vulgo ff. ad l. falc. Bald. in d. l. fi. §. cum igitur nu. 14. Montic. cap. 6. num. 61. & 62. Coraf. nu. 26. Bald. in l. filium, num. 47. C. fam. circif. (c) rata enim sunt ea quæ ab illo bona fide gesta sunt, l. in integrum, ff. de minor. Bald. in d. l. fin. §. Cum igitur nu. 15. Alexand. in d. §. Quod vulgo nu. 15 & 16. Coraf. de inuent. nu. 24. vers. quinta. (d) Montic. d. c. 6. nu. 69. cum seq. (e) Bald. in d. l. fi. §. Cum igitur nu. 15. Castr. in §. Et si præfatam nu. 10. C. h. t. Bart. in d. §. Quod vulgo vbi etiam Alex. in fi. nu. 14. Bald. in d. l. filium nu. 49. C. fam. circif. (f) Ang. nu. 1. Alex. nu. 38. in l. Centurio ff. de vulg. (g) Bald. in d. §. cum igitur nu. 20. Castr. in d. §. Et si præfatam in fi. Bart. & Alex. num. 17. in d. §. Quod vulgo, cont. Bald. in d. l. filium nu. 51.

XXI.

Legitimè secundum formam supra traditam confecto inuentario non modica eius erit utilitas, vltra enim facultates in hereditate repertas non tenebitur creditoribus vel legatarijs, (a) tametsi iure veteri in solidum teneretur, (b) & de singulis legatis falcidianam retinebit. (c)

(a) §. Si vero non fecit, vbi gl. in ver. legatorum Auth. de her. & falc. d. l. fin. §. Cum igitur C. h. t. (b) l. quæ dotis 33. vbi gl. in ver. cæteris Alex. nu. 2. Iaf. num. 50. cum seq. ff. sol. matr. (c) d. l. fin. §. Et si præfatam n. 3. Iaf. nu. 1. Sich. nu. 5. Porcell. cap. 4. nu. 1. Montic. cap. 10. num. 4. de inuent.

XXII.

Heres per confectioem Inuentarij potest satisfacere quibuscunq; creditoribus, vel legatarijs primo venientibus donec aliquid superest de bonis defuncti nulla exacta satisfactione, (a) nec alij creditores etiam priores tempore possunt de hoc ipso heredem molestare, (b) non tamen creditores omnimodo suo carebunt sed si quidem legatarijs fuerint præstita legata heredem relicto legatarios aggredientur, (c) hypothecaria actione vel conditione indebiti, (d) si vero posterioribus tempore creditoribus soluta fuerint relictis fortius ius habentibus, potiores creditores duplici contra alios actione experientur hypothecaria & conditione ex lege. (e) Sim vero æquale ius habeant possunt ij qui nihil acceperunt, contra alios agere, vt hoc quod acceperunt secum diuidant. (f)

(a) d. §. Et si præfatam, vbi Castr. n. 4. Iaf. n. 1. vers. tertia. Sich. n. 6. & com. Dd. quod seculus erat iure ff. l. dolo ff. ad l. falc. (b) d. §. Et si præfatam vbi Dd. (c) l. Pap. §. quarta ff. de inoff. test. d. §. Et si præfatam, vbi glo. in verb. accommodare & Sich. num. 7. (d) d. §. Et si præfatam, vers. licentia, vbi Bart. vers. Quæro quando, Bald. nu. 1. & 2. Sich. num. 7. & Dd. (e) d. §. Et si præfatam, vers. fin. vero hæredes, vbi Bart. vers. Quæro dicitur hic. Bald. nu. 1. Castr. num. 4. & 6. & Sich. nu. 8. (f) arg. l. si non expedierit §. Quid ergo, 2. vers. Quod si vtroque

utroque, vbi glo. in ver. communicandum ff. de Bon. auth. iud. poss. Alex. in d. 5. Et si præfatam nu. 7. vbi etiam Sich. nu. 9.

XXIII.

Pulchra exinde exoritur questio. An si legatario primo venienti satisfactum sit, alij legatarij posterius venientes habeant regressum prorata contra primum? quod affirmo.

l. 2. § 1. ibi, vel diminutionem, vbi Bald. Castr. Alex. nu. 3. cū seq. ff. de cond. ind. Castr. in d. 5. Et si præfatam nu. 3. vbi etiam Alex. nu. 9.

XXIV.

In heredis quoque potestate est si pecunia in hereditate non sit, res hereditarias etiam nomina debitorum, (a) creditoribus licet inuitis (b) insolutum dare, nec enim heres tenetur vendere, & se pro euictione obligare, sed et si vendiderit pro soluendis legatis & creditis, primo venientibus non potest ab alijs antiquioribus conueniri illam rem venditā specialiter hypothecatam habentibus sed venditores molestabuntur. (c)

(a) cum rei appellatione contineantur Bart. Bald. Ang. & Dd. in l. 1. ff. de sta. hom. (b) d. §. Et si præfatam, vbi Bald. nu. 1. Castr. nu. 5. Iaf. nu. 1. Sich. nu. 10. cum seqq. Montic. nu. 90. cum seqq. & nu. 109. nisi citra periculum euictionis vel aliud vendere possit, Dd. præcit. locis, arg. l. in creditore 38. ff. de cui. (c) Dd. dd. loc. Porc. de inuent. cap. 4. nu. 4.

XXV.

Impensas quoque funeris, (a) in egrotum factas, (b) & omnes alias necessarias, veluti que in insinuationem testamenti, confECTIONEM inuentarij, aduocatos, proxenetas (c) defensionem sui inquietati ab alijs super hereditate, (d) impenduntur deducet, sicut etiam tempore confECTIONIS inuentarij conueniri non potest licet ei via debitorum hereditarios conueniendi non præcludatur. (e)

(a) cum sint priuilegiata æs alienum præcedentes, §. fin. Inst. de l. falc. l. pen. ff. de Relig. & sumpt. fun. (b) Bald. in l. In restituenda, per illū tex. C. de petit. hered. (c) Bart. & Sich. nu. 11. in §. In comput. d. l. fi. C. h. t. (d) arg. c. Præteritæ ext. de elect. interest enim defuncti voluntatem eius defendi. Porcell. in tract. de inuent. cap. 4. nu. 8. (e) Dd. com. in §. Donec l. fi. C. h. t. Montic. cap. 10. nu. 20. Porcell. cap. 4. nu. 9. & 10. Guido Papæ nu. 15. de inuent.

XXVI.

Heres denique conficiens inuentarium hoc consequitur, vt si habeat actiones vel obligationes contra defunctum non confundantur, sed similem cum alijs creditoribus habeat fortunam, temporum tamen prærogatiua, inter creditores seruanda.

d. §. In comput. vers. si vero, vbi Bart. Bald. Castr. Alexan. Iaf. Sich. Montic. & com. Dd. Bald. in l. Debitori nu. 1. C. de Pact. quod de iure ff. sicut & hodie non confecto inuentario secus statuitur. l. Stichum §. aditio ff. de solut.

COROLLARIA I.

Filium non confecto inuentario legitima minimè priuari.

Gl. in Auth. hoc amplius, in ver. naturale, C. de fideicom. Porcell. de Inuent. cap. 5. Gail lib. 2. obs. 138 nu. 14. Guid. Pap. decis. 53. nu. 1.

II. *Heredem omittentem conficere inuentariū non amittere commodū Trebellianicæ.*

Rol. à Valle vol. 1. conf. 27. Porcell. de inuent. cap. 6. Vigl. in §. Extraneis num. 7. vbi Mynf. nu. 19. Inst. de her. qual. & d. ff. Gail d. obs. num. 7. cum seqq. con. Couart. in c. Raynautius §. 11. num. 10. extr. de Testam.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum






THESES
EX TIT. FF. ET
C. DE IVRE DELIBE-
RANDI.

QVAS, DIVINA FAVENTE GRATIA,
PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSVLTISSIMIS-
que viris D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, ac D.
Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in
celeberrimo apud Agrippinates iuridicæ facultatis
Collegio, pro laudabili ac inueterata con-
suetudine publicè defendere
conabitur.

HENRICVS GERCKINGH
AGRIPPINAS.

*Anno partæ salutis CIO, IO. LXXXII.
IIX. Idus Augustas.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT. K

67

